Cum per tuarum seriem litterarum quas nostre excellencie destinasti nostra intellexerit celsitudo quod tu .. de Accastro miles tecum fidelis noster qui tecum pariter armis et equis pro nostris servitiis diu extitit et adhuc fideliter commoratur dum ipse contra viribus rebelles nostros armata manu insisteret ad impugnacionem ipsorum rebellium quendam suum destrarium fuit inde affectus sine compensacione ipsius .. propterea volentes tanto sinus ad nostra servicia eius fidelitatis [illegible] fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus de proventibus curie nostre qui sunt vel erunt per manus tuas diligenter ut convenit comperto de ipsius equi valore eidem .. destrarium ipsum in [illegible] valore ipsius diligenti inquisicione invento emendare procures.

Fr. pellamsino rescribit excusans se de equis petitis.

Solicitam benignitatem recepit serenitas nostra litteras quas nostro culmini destinasti et intellectis diligenter tam hiis que tue littere continebant quam hiis que .. P. nuncius tuus pro parte tua de equitaturis pro parte petitis a nobis viva voce retulit maiestati devocioni tue [illegible] respondemus quod cum in partibus Lombardie in quibus assidue commoraris destrariorum consueverit copia inveniri credebamus et credimus de destrariis te magis nostre curie subvenire quam ab excellencia nostra tibi petitos subveniri. Nuncium vero in nostra marestalla non sunt ad presens quos tibi possimus commode destinare propterea quod volumus te in ipsis partibus tibi ad nostrum facere oportunos de ergastis aut mittendis certe quod ipsos tibi curabimus providere.

Fr. dilecto suo filio Fr.co de Antiochia [illegible] in Tuscia et Sabinea [illegible] ad commet. vicar. [illegible] ut assignet capitaniam castri eiusdem qui prefecit in capitaneum.

Cum de prudencia et fidelitate Jordani de Monte Alcinis fidelis nostri confisi ipsum capitaneum loci ipsius duxerimus statuendum tue filiali precipiendo mandamus quatenus eidem Jordano fideli nostro sic a maiestate nostra capitaneo ordinato statim receptis presentibus castrum ipsum et cum capitis capitaneam et rebus aliis ad curiam nostram spectantibus que in tua pro parte nostra retinentur potestate assignare procures eundem ut convenit instructurus de ipsius custodie et circumstanciis qualitatibus hominum et moribus regionis sic ad honorem et incrementum nostre celsitudinis melius et cautius videris expedire. Mandamus preterea quod de omnibus et singulis que sibi assignaveris fieri facias tria scripta consimilia ad cautelam unum quorum pro parte volumus nostre camere assignari aliud penes eundem Jordanum fidelem conservari.

Fr. universis fidelibus suis Montis Alcinis et ceteris capitanie quod obediant fideli capitaneo quem eis mittit.

Cum vos devotos nostros et tam vestrum nostrum specialiter reputemus ad omne vestrum bonum et pacificum statum et universorum nostrorum fidelium salubritate nostre serenitatis oculos benignius inclinantes de prudencia et fidelitate .J. de [illegible] fidelis nostri confisi ipsum castellanum castri vestri Montis Alcinis et eius iurisdictionis capitaneum ad presens duximus statuendum. Ideo fidelitati vestre precipiendo mandamus quatenus memorato .J. fideli nostro in omnibus que ad ipsum spectant officium nostrum respiciant incrementum tanquam nostre persone intendere ac parere fideliter studeatis. ut inde vestram commendare devocio-

-nem possit efficacia nostra celsitudini pateat more solito commendanda. Et certe quod eidem fideli nostro dedimus firmiter in mandatis quod vos omnes et singulos in omni bono et pacifico statu iusticia et consuetudinibus approbatis manutenere debeat et fideliter conservare.

Fr. eis monet. commendans eorum fidelitatem [illegible]

Grata nostro conspectui nostri culminis grata sunt fides vestra quod devocionis affectus exhibet clariorem et opus demonstrat effectus propterea quod in proposito gerimus statum vestrum gratie nostre favore protegere et nostre liberalitatis beneficiis adaugere.

Fr. comiti commendans eum de fidelitate.

Multiplicis devocionis fides tua in conspectu nostri culminis grata sunt quod devocionis affectus exhibet clariorem et opus ad presens demonstrat effectus propterea quod in proposito nostro firmavimus te et tuos gratie nostre favore protegere et nostre liberalitatis beneficiis ampliare. Litteras igitur tuas maiestati nostre per tuum nuncium presentatas clarius recepimus benigne vidimus et singula que continebantur in eis intelleximus diligenter vigilem diligenciam tuam et cautelam quam habes in evitandis aggressibus rebellium et advertendis eorum insidiis plurimum commendantes.

Fr. capitaneo Marchie commendans eum de fidelitate cum promissione beneficiorum [illegible]

Tu commoditatibus nostrorum fidelium quos expedi- ti fides et sinceriorem gratitudini nostre presentat acceptos quamquam pro serviciis nostris labores nipsomos subeunt et expensas inmensas volentes commode providere etc.

Fr. eis de remuneracione fide- lium in filios facienda provide-

Ad exemplum nostrorum fidelium ut alii fideles ad exordium nostra servicia propensius accendantur ipsorum fidelem post mortem in corde ipsorum filios remunerare volentes etc.

[illegible] de Cibulo [illegible]

Cum sciatis [illegible] nos libuit intendere et gratius [illegible] aspicere circa successivum tuorum noticiam admiracione ducimus in nostri quod Solone exercitus Sa[illegible] et ipsorum ruinam nobis significare distulerit talia prospere contingencia quamvis delectaverit.

Fr. eidem quod faciat [illegible]

[illegible]cius Lucanus fidelis noster ad presenciam nostram nuper accedens exposuit conquerendo quod cum ipse dudum in quadam Buzonarii Gerardi de Istria suis et duorum sociorum nuncii omnium honorata sub spe emolumenti Abruzi [illegible] versus Dunasium navigaret comati quorum galearum et barcharum de Saona .G. .B. .A. et quidam alii qui cum eis erant ipsum et suos hostiliter invadentes ceperunt eosdem et omnia bona sua que habebant ibidem ipsis prius enormiter tormentatis ut assit abstulerunt. Cumque idem .B. nostre humiliter supplicaverit maiestati ut super restitucione rerum suarum quibus nunc tunc extitit sic violenter et tenue spoliatis providere sibi misericorditer dignaremur. Nos supplicacionibus ipsius benignius inclinati fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus si tibi constiterit de predictis bona sua prout exstiterit ablata sunt seu valorem ipsorum denuo tibi constare volumus ab illis eisdem